



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

9. An per consuetudinem, maxime si sit immemorabilis, dicta Immunitas  
reuocari possit? Et an talis consuetudo nihil valeat, aut operetur, eo quod  
singulis annis per Bullam Cœnæ reprobatur? Et an ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

# De Immunit. Eccles. Resol. VIII. & c. 101.

## RESOL. VIII.

An consuetudo immemoralis probet extitisse privilegium faciendi aliquid contra Immunitatem Ecclesiasticam? Et difficultas est, an consuetudo fundata in privilegio trahendi causas Ecclesiasticas ad laica Tribunalia, sit reuocata per Bullam Cœnæ. Ex part. 4. tract. 1. Ref. 62.

Sup. hoc in Ref. 1. & in Ref. 43. & in aliis eius primæ notæ.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Pereira de manu Regia, in part. 2. cap. 60. num. 18. vbi sic ait: Veniendo ad casum propositum, non est dubium potuisse à Summo Pontifice concedi Regibus, vt de his Clericorum causis cognoscant in illo casu particulari quod privilegium extitisset immemoralis probat consuetudo. Ita ille.

2. Sed si hæc opinio esset vera, omnes immemoriales consuetudines contra libertatem Ecclesiasticam, quas communiter improbant Doctores, essent admittendæ, quia probarent, vt docet Pereira, privilegium; sed hoc dicere est absurdum, vt patet omnibus: ergo dicendum est vltra immemorialem usum, requiri etiam famam privilegij, vt tales consuetudines excusent ab incurfione censurarum, eo pacto quo docet P. Suarez contra Regem Angliæ lib. 4. cap. 34. num. 17. vbi contra opinionem Pereira sic asserit. Quæritur potest, an immemoralis consuetudo sit sufficiens indicium, seu testimonium, quod ex legitimo privilegio inchoata fuerit; videtur enim valde probabile ita esse præsumendum, quia immemoralis consuetudo præsumitur honesta, vt multi Iurisperiti tradiderunt, quia cum non possit probari mala, præsumitur bona. Nihilominus censco solam, & nudam consuetudinem, etiam immemorialem, non sufficere in hac materia ad probandum privilegium: tum, quia illa regula non procedit in consuetudine reprobata per legem, tum etiam, quia valde odiosum est privilegium hoc, & difficile, & rard conceditur, & ideo nisi legitime probetur, non præsumitur, solum ergo vsus quantivis antiquus, cum in facto consistat, non probat sufficienter ius, seu privilegium. Loquor autem de nuda & pura consuetudine, quia si cum illa coniungatur constans fama & traditio æquæ antiqua, seu immemoralis quod præcellerit privilegium, & talis traditio integrè probetur, videtur sufficiens vt talis consuetudo pro privilegio reputetur. Ita Suarez, & ante illum Stephanus Aftreusius tract. de potest. facul. in Eccles. conclus. 4. fallent. 12. & 14. & Bursatus lib. 2. consil. 44. num. 12. licet Duardus in Bull. Cœn. lib. 2. can. 19. quæst. 9. num. 15. doceat, quod quando præscriptio & consuetudo à iure scripto reprobatur, vt, v. g. Clerici conueniantur coram iudice laico, &c. satis non est probatio privilegij per famam.

Sup. hoc in Ref. 1. & in Ref. 43. & in aliis eius primæ notæ.

Sup. hoc in Ref. 1. & in Ref. 43. & in aliis eius primæ notæ.

3. Sed difficultas est, an consuetudo etiam fundata in privilegio trahendi causas Ecclesiasticas ad laica tribunalia sit reuocata per Bullam Cœnæ. Ad hoc dubium affirmatiuè respondet Bonacina in Bull. Cœn. disp. 1. quæst. 15. punct. 4. §. 3. num. 1. vbi sic ait. Vel consuetudo nimitur privilegio, vel nullo privilegio fulcitur: si nullo privilegio fulcitur, nullum ius confert, vt probatum est; si nimitur privilegio, adhuc non potest vtenibus suffragari; quando enim consuetudo licet immemoralis, fundetur in privilegio, non plus operatur, quam ipsum privilegium, cum vires, ex eo accipiat, vt patet ex l. hoc in re. §. ductus aqua, ff. de aqua quodiana, & ex cap. super quibusdam, §. praeerea, de verbor. significat. Cum ergo privilegium in hac Bulla sublatum sit, sequitur iudices laicos, causas Ecclesiasticas ad suum tribunal trahentes,

Tom. 1 X.

vel illarum executionem impediendes, à peccato & à censura non excusari titulo consuetudinis. Ita Bonacina.

4. Verum hæc quaestio pendet ex illa, quam tradidimus in part. 1. tract. 2. resolut. 6. an scilicet Bulla Cœnæ derogat privilegij, si reuera existant, quando sunt contra immunitatem Ecclesiasticam? Et pro affirmatiua & negatiua sententia multos Doctores adduxi, ideo quaestio est difficillima, maxime, cum reuocatio privilegiorum in dicta Bulla generalissima sit, vt legent i patet.

\* Quæ hic est Res. antecedens, & in aliis eius etiam nota.

## RESOL. IX.

An per consuetudinem, maxime si sit immemorabilis, dea Immunitas reuocari possit?

Et an talis consuetudo nihil valeat, aut operetur, eo quod singulis annis per Bullam Cœnæ reprobetur?

Et an consuetudo turpis, & exprobata etiam immemorabilis non possit inducere privilegium? Ex part. 1. tract. 2. Ref. 4.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondendum videtur auctoritate Couarr. pract. qq. cap. 35. nu. 5. qui asserit, à iudicibus regis aliquas Clericorum causas ad sua Tribunalia sæpe tractari: & hoc rectè factum conatur defendere, & adducit consuetudinem aliquorum Regnorum. Idem docet Garfias de nobil. Hispan. gloss. 9. num. 48. Salgado de procect. regia, tom. 1. p. 1. cap. 1. prel. 3. num. 138. & seq. nam consuetudo immemorabilis, legis, & privilegij vicem obtinet, vt patet ex cap. super quibusdam 26. §. praeerea, de verbor. signif. & notat Ricc. part. 4. decis. 39. num. 4. cum Ioan. Narbon. de appellat. à Vicar. part. 4. fundam. 3. numer. 4. vbi plura inuenies pro firmanda vi immemorabilis consuetudinis: quæ omnia etiam notauit Ceual. tract. de cognit. per viam violentie. Gloss. 4. numer. 1. & seq. & Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. gloss. 33. num. 4. Vide etiam Pereira de manu regia, cap. 5. numer. 6. & seq.

Sup. hoc in duabus præcedentibus Res. & infra in Ref. 1. & in Ref. 43. & in aliis eius primæ notæ.

2. Sed, his non obstantibus, contrariam sententiam affirmandam esse puto, quam docent Azor. part. 1. lib. 5. cap. 12. quæst. 1. vers. sed dubitari possit. Layman in Theol. mor. lib. 4. tract. 9. cap. 10. num. 1. Pefantius, tr. de immun. Ecclesiast. disp. 2. Filiucius tom. 1. tract. 16. cap. 10. num. 155. Duard. in Bulla Cœn. cap. 14. disp. 76. num. 5. & disp. 75. num. 2. Acosta in Bullam Cruciacæ. q. 79. Alterius de censuris, tom. 1. lib. 3. disp. 16. cap. 2. fol. mibi 686. Belletr. in disquis. cler. part. 1. tit. 3. §. 3. num. 8. Duard. iterum in Bull. Cœn. lib. 2. can. 14. quæst. 9. num. 8. Martha de iurisdict. part. 4. cent. 2. cas. 101. Surd. tom. 3. cons. 301. num. 52. Comitol. in tract. Apolog. contra Venetos, cap. 3. num. 8. & alij communiter. Vide etiam Pereira de manu regia, prel. 3. n. 10. & 11. Et ratio est quia laici, cum sint incapaces iurisdictionis Ecclesiasticæ, nunquam possunt se veri consuetudine, etiam immemorabili, quæ nunquam legitima esse potest ad præscribendum. Adde, quod omnis consuetudo contra Ecclesiasticam libertatem reprobatur in cap. nouerint. de sentent. excomm. & in Authent. de sacros. Eccles.

Sup. hoc in Res. præterita §. 1. & in aliis eius ant. notæ.

3. Deinde talis consuetudo nihil valet, aut operatur: quia singulis annis per Bullam Cœnæ reprobatur, vt notat Colleg. Bononien. in respon. contra Venetos, num. 69. Vigianus tract. de liber. Eccles. disput. 2. concl. 4. disput. 3. concl. 1. Vgolinus in re, cons. na. wis. cons. Gymnasij Patavini, cap. 7. Ioan. Franc. Fagnan. in tract. de iust. cons. Pauli V. part. 4. fol. 16. Tanner. in 2. 2. disp. 5. quæst. 5. dub. 4. num. 132. Bonacina. vbi sup. & alij cum Francisco Soula contra Venetos, fol. mibi 72. & Martha de iurisdict. p. 1. lib. 3. c. 9. in fine Vide etiam

1 3

Tanner.

Tanner in p.4. cen. 1. cas. 7. num. 12. Philiarthus de *est. io Sacerd. in part. 2. D. Thom. disp. 5. quest. 5. dub. 4. n. 132.* Et idem Pat. Suar. *contra Regem Anglia, lib. 4. cap. 32. n. 23.* sic asserit: [Ex dictis satis constat, nullam consuetudinem, etiam si immemorabilis sit, villo modo contra immunitatem Ecclesiasticam prevalere posse. Solum obici solent \* quaedam particulares consuetudines aliquorum Regnorum, quae licet sint contra immunitatem Ecclesiasticam, sine serupulo à Magistratibus laicis observantur. Ad illas verò possumus vno verbo respondere, illas consuetudines, non ad ius, sed ad facta hominum pertinere, propter quae veritatem negare non possumus, neque illorum rationem dare tenemur: sed ad illos hoc spectat, qui consuetudines illas observant.] Ita Suarez, qui c. 34. num. 16. notat consuetudinem turpem, & exprobratam, etiam immemorabilem, non posse inducere privilegium. Ad auctoritatem verò Couarruuiæ, qui sapius in hoc tractatu citatur, respondeo cum Cardinali Bellarm. in *respons. ad quandam Epistolam in favorem Venerorum*, ubi sic asserit *fol. mibi 7.* [E se il Couarruuiæ dice il contrario; noi habiamo à credere più alle Scritture, e à Santi Padri, che ad Couarruuiæ, il quale in materia di giurisdictione si è mostrato sempre troppo partial.] Et Maderiæ in *tr. de Senatu. cap. 39. §. 2. fol. mibi 459.* loquens de quædam opinione Couarruuiæ, circa libertatem Ecclesiasticam, sic asserit: [Que cierto por mas, que diga Couarruuias, que lo eseriuió siendo Oydor de Granada, y por ventura lo quisiera borrar siendo Obispo, &c.] Ex quibus apparet cautè legendum esse Couarruuiam in his materiis, vt notat etiam Suarez de *Relig. tom. 1. lib. 1. de diuino cultu. cap. 3. num. 16.* licet alioquin vitum doctissimum: & nouissimè etiam contra illum insurgit Tanner. in *part. 2. disputat. 5. quest. 7. dub. 2. num. 16.* & in *defens. Eccles. lib. 2. cap. 16.*

Sup. hoc inf. in Refol. 64. §. 2. ad med.

Quo ad hoc in tom. 6. tit. 2. lege doctrina §. vlt. Ref. §. 38.

## RESOL. X.

An ad sit tolerantia, & consensus tacitus Summi Pontificis cum diuina consuetudine, ita vt Principes aliqui licet efficiant, aduersus libertatem Ecclesiasticam? Ex part. 1. tract. 2. Refol. 5.

§. 1. **Q**uicquid asserat Salgado de *protecl. regia, tom. 1. part. 1. cap. 1. prelec. 3. num. 139.* & alij; negatiue responderet Azorius *part. 1. lib. 5. cap. 12. vers. gnari solet Filius, tom. 1. tract. 16. cap. 10. n. 257.* Pelantius de *immun. Eccl. disp. 3. n. 2.* Altherius de *cenfuis, tom. 1. lib. 5. disp. 16. c. 2. fol. mibi 686.* Acolta in *Bullam Crucitate, quest. 79.* & Doctores in *superiori resfut.* citati: quia talis consensus non potest præsupponi, cum Summus Pontifex quotannis in Bulla Cœnæ excommunicet contrarium facientes, & tollit eum amplissimis clausulis omnes consuetudines. Vnde Episcopus Antuerpiensis Ioannes Malderus in *p. 1. q. 96. n. 4. fol. mibi 407. col. 1.* sic asseruit: [Sanè, ne tolerantia Papæ in hac re allegari possit in defensionem consuetudinis, impedit vel ipsa Bulla Cœnæ quotannis repetita, quæ diserte resistit eiusmodi consuetudini, aut verius corruptelæ. Multò minùs prevalere potest via præscriptionis: quia nunquam nititur bona fide.] Ita ille. Idem docet Layman in *Theol. mor. lib. 4. tract. 9. cap. 10. num. 1.* Vigiarius *tract. de immun. Eccles. cap. 2. onf. 4. fol. 43.* ubi ita ait: [Cum quotannis die Cœnæ, publicè excommunicet Magistratus, persuaissimum cuique esse debet, Summum Pontificem hanc consuetudinem, quam corruptelam vocat, æquo animo non perferre, & consequenter, neque

Sup. hoc, in Refol. seq. §. Verum. & supra in Refol. 2. prope finè & infra in Ref. 30. §. vlt. & in Ref. 37. §. Ad tertium, ad medium, & in Ref. 41. & 139 in fine.

expressè, neque tacitè assentiri, &c.] Et hoc etiam docet Vgolinus in *resf. ad Iuricons. Gymnasij. Parisini, cap. 7. §. 93.* Barboia in *Collect. lib. 1. Decret. tit. 2. c. Ecclesia S. Mariae, de constit. num. 25.* & Ioan. Franc. Fagnanus in *tract. de inst. cens. p. 4. fol. 116.* Philiarthus de *offi. Sacer. p. 1. lib. 3. c. 9. in fin.* Tannerus in *2. 2. disp. 5. quest. 5. dub. 4. num. 132.*

2. Deinde in præsentii materia notanda est illa celebris doctrina, quam ex Theologis asserit Suarez de *legib. lib. 7. cap. 13. num. 12.* tolerantiam, sola supposita scientia, non indicare sufficienter consensum: quia multa per patientiam tolerantur, quæ non approbantur, iuxta *cap. cum iam dudum, de preben. Vnde ait Filiucius ubi supr. tom. 1. tract. 16. c. 10. num. 256.* loquens in terminis nostri casus [Simplex tolerantia, quando scilicet Princeps non potest commodè providere, non satis est ad dispensandum, ex *cap. denique disp. 4.*] Et Iuriconsultus *Surd. tom. 3. cons. 301. n. 57.* asseruit, in his casibus tolerantiam Papæ non esse approbativam, animo inducendi, vel confirmandi consuetudinem, sed potius vt scandalum vitetur. Et hoc postea etià docuit Collegium Bononiense *contra Venetos in respons. pro liber. Eccl. n. 57.*

3. Sed, his non obstantibus, non desunt Doctores excusantes aliquas consuetudines aduersus libertatem Ecclesiasticam ex tacito consensu Pontificis: quia scit, & tollerare, vt Salgado *ubi sup. de protecl. regia tom. 1. p. 1. cap. 1. prelec. 3. num. 148.* Lessius *lib. 2. cap. 33. dub. 5. n. 39.* Turrian. in *2. 2. tom. 2. disp. 14. dub. 4. n. 12.* Salas de *legib. q. 96. tract. 14. sect. 11. n. 121.* Valsq. *opus de reit. c. 6. §. 1. num. 33.* Molina de *inst. tom. 3. tract. 2. disp. 207. n. 3.* & ipse Malderus in *2. 2. tract. 5. cap. 6. num. 8.* Ergo non est verum, dicere absolute, quòd per publicationem Bullæ tollitur omnis consensus Pontificis: sed dicendum est, quòd stante publicatione Bullæ, quando ad sit talis consensus Pontificis tacitus, & approbatiuus, colligendus erit prudenter, vt notat Malderus *ubi supra*, cum Henriquez, ex rationibus, & coniecturis. Sed quia res est multum dubia, & periculosa, videant Principes, & ministri laicales iurisdictionis, quid faciant.

Supr. hoc & seqq. in hæ Ref. in §. 1. not. præterea. & infra in Refol. 30. §. vlt.

## RESOL. XI.

An consuetudo possit in aliquo casu particulari tribuere iurisdictionem iudici laico? Et an diuina consuetudines excusentur per tolerantiam Papæ? Ex part. 4. tract. 1. Ref. 1.

§. 1. **A**ffirmatiue responderet Pereira de *manu Regia, part. 2. cap. 50. n. 41.* ubi sic ait: Cum agitur de iurisdictione Ecclesiastica in casu aliquo particulari tribuenda iudici laico, ex vsu & consuetudine acquirit potest; quare etiam in hac cognitione aliqua esset spiritualitatis quæstio, seu umbra, rectè quidem ex tam antiquo vsu, & diuturna obseruantia eius definitionem laici acquirere potuissent. Ita ille, quod etiam docuerat in *1. part. cap. 5. num. 4.*

2. Sed hæc opinio, pace viri quidem docti, & inter præclara Lusitanæ ingenia nemini secundi, mihi displicet, quia omnes consuetudines à DD. reprobatae essent valida, quia semper sunt circa particulares casus, & idem hæc sententiam reprobat Bonacina *tom. 3. disp. 1. q. 20. punct. 3. n. 10.* Caltrus Palaus in *opere morali tom. 2. disp. unica, punct. 12. num. 2. & 3.* & Suarez contra Regem Angliæ *lib. 4. c. 32. num. 14. & seq.* Ratio est, quia iure, vt *Authentica cassu, C. de sacros. Eccles. cap. cum terra, de elect. cap. ad nostram, & cap. cum inier, de consuet.* non loquuntur de consuetudine abrogante totam immunitatem Clericorum, vel

Quo ad hoc in deabus precedentibus Ref. & sup. ex Ref. lege doctrina §. Sed dicitur, & seq. & signanter infra in Refol. 337. & in alia eius primæ not.